

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 24. Saxonici Electoris Oratores Tridentum venientes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. derunt Canones, quibus confectis do-  
A.C. 1551. strinæ capita de necessitate, & Ordinis  
 institutione, de externo, ac visibili  
 Ecclesiæ Sacerdotio, de Hierarchia  
 Ecclesiastica, & discrimine inter Epis-  
 copos, & Presbyteros conficiebant,  
 eaque decreto de Sacrificio Missæ in-  
 ferebant, ut præter Canones in proxi-  
 ma Sessione promulgarentur: id tamen  
 effectui haud datum videtur.

## §. XXIV.

*Saxonici Electoris Oratores Tridentum venientes.*

*Steid. comm. l. 23. p. 843.* Anno Domini millesimo quingentesimo  
 646. quinquagesimo secundo die septima  
 Januarij Wolfius Colerus, & Leonardus  
 Badehornus Juris consultus, ambo Mauri-  
 tii Saxonie Electoris Legati Tridentum  
 ingrediebantur. Horum adventu re-  
 creabantur Germaniæ Episcopi, præ-  
 primis vero Caroli V. Cæfaris Legati,  
 necnon tres S. R. J. Electores tum Sy-  
 nodo præsentes, qui jam de Mauritio,  
 cum pacis consilia sequeretur, nihil  
 amplius eorum ditionibus pertimescen-  
 dum credebant. Enimvero hic Prin-  
 ceps animum ad concordiam propen-  
 sum simulabat, tamque piam præse-  
 rabat voluntatem, ut inde Electores  
 omnem metum deponendi rationem ha-  
 bere

bere viderentur : quinimo ipse etiam Sæcul. XVI.  
Imperator ad sedandas eorum curas A. C. 1552.  
haud parum conferebat , cum literas  
ad illos daret hunc in modum conce-  
ptas : *malum , quod timetis , minus est ,*  
*quam existimatis , & si quid est , pau-*  
*corum rebellium , ac seditionorum est co-*  
*natus , quem major urbium pars impro-*  
*bat. De Mauritio quidem multa fuit*  
*etiam fama nunc aliquamdiu , quæ for-*  
*tassis originem inde habet , quod illas co-*  
*pias , quæ post deditio[n]em Magdeburgi-*  
*cam collectæ , damnum alicubi dederunt ,*  
*ipse Mauritus duxisset antea. Ast bic*  
*idem , missis ad me literis non ita pridem ,*  
*& legatis etiam , omne studium pollice-*  
*tur : imo hoc ipso tempore , duo quidam*  
*eius Legati cras hinc Tridentum ibunt ,*  
*Concilii caufsa : nuntiavit præterea Mau-*  
*ritius , se gravibus , & necessariis qui-*  
*busdam de rebus ad me venturum , &*  
*certis indiciis cognovi , fore , ut bodie ,*  
*vel cras ad summum Magdeburgo pro-*  
*fectus , iter suscipiat : denique tam pro-*  
*lixe , & ample de suis officiis mibi pol-*  
*licetur , ut nihil ab eo , nisi præclarum*  
*exspectare debeam , si modo fides ulla su-*  
*perest adhuc in rebus humanis. Et cum*  
*genere sit , atque origine Germanus , ad-*  
*duci non possum , ut iam sinistra eum agi-*  
*tare consilia credam. De copiis quidem il-*  
*lis , quæ in Thuringia agentes in Mo-*

Hist. Eccles. Tom. XLI. S gun-

Sæcul. XVI. guntinam ditionem eruperunt, delata  
 A.C. 1552. mihi sunt quidem multorum querimonia,  
 ac solliciti sunt ordines quidam, ne pro-  
 motis castris majorem illæ calamitatem  
 faciant, sed postea intellexi, propter non  
 soluta stipendia, concursum, atque vim  
 ab illis fieri, missis legatis, atque pre-  
 fectis mandavi, darent operam, ut as-  
 militare quocunque modo conflata pecunia,  
 illis persolveretur, nec id modo, sed ad  
 Mauritium quoque datis literis, pro ea  
 pecunia, quæ deberetur, fidem ei meam  
 obstrinxii, modo miles dimitteretur, &  
 id quidem feci, non quod tenerer, sed quia  
*Germaniæ tranquillitatem in primis anno.*

Interim ego pro republica diligenter  
 excubabo, & quantum ingenio possum,  
 atque facultatibus, conabor, ut incen-  
 dium tempestive restinguatur, ac civili-  
 bus malis oppressis, & auctis viribus,  
 externum bellum eo facilius defendi pos-  
 sit, vobisque liceat, finibus vestris paci-  
 tis, & recuperata tranquillitate, rei-  
 publicæ Christianæ negotiis omnino va-  
 care.

### §. XXV.

*Oratores Saxonici apud Cæsarîs  
 Ministros.*

*Sleid. l. c.*

Tertio post adventum die Mauriti E-  
 lectoris Oratores cum Caroli V. Le-  
 gatis